

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 2: De aliis peccatis Caput 15: De mendatio (2)

Augustinus:

Uterque reus est, et qui veritatem occultat, et qui mendacium profert,
quia ille prodesse non vult, et iste nocere desiderat.

Saepe enim evenit ut falsi testes, quando separantur,
mox mendaces invenientur: nec sibi blandiatur quis,
si audiat falsum testimonium dici contra quemlibet,
et non manifestat, eo quod ipse falsum non dicat:

uterque enim reus est, et qui veritatem occultat, et qui mendacium dicit,
quia ille prodesse non vult, et ipse nocere desiderat.

Rabanus Maurus, *Homiliae de festis praecipuis*, 58 (PL 110, col.109C).